Item[a]) fratres religiosi non debent in antea pronunciare de cancellis in eorum monasteriis signa et miracula, nisi fuerint per dominum diocesanum legittime approbata, adicientes ut fratres religiosi eisdem rectoribus in suis sermonibus et in publico neque directe neque indirecte aliquatinus detrahant nec eciam laycos a suarum ecclesiarum frequencia retrahant sub pena obediencie et interminacione maledictionis eterne. Ceteraque, que in Clementina de privilegiis que incipit Religiosi ipsis fratribus injungitur, fratres ipsi fideliter prosequantur. Volumus preterea, quod jura parrochialia, uti per Bonifacium[b]) in capitulo primo de deci. libro sexto disseritur et Clemens papa in concilio Viennensi fieri mandavit, uti in capitulo Cupientes de penis in Clementinis, promota faciant realiter et cum effectu. Postremo si in antea aliqua inter eos suscitaretur controversia, nullus alteri publice vel occulte injurietur, sed nostram desuper expostulent et expectant *(sic)* sentenciam in amicicia vel in jure, certificantes dictas partes, quod si in aliqua parcium hujusmodi nostre ordinacioni contravenerit, quod illam penis et mulctis, quibus congruit, eciam illam ab officio predicacionis, si nobis visum fuerit, et suspendendo et prohibendo auctoritate nostra ordinaria arcius constringemus. Tunc ibidem presentibus reverendo venerabili et discreto dominis Heynrico Leubingk in legibus doctore ac juris canonici licenciato sedis apostolice prothonotario ac ecclesie Misnensis decano, magistro Nicolao Tronitcz sacre theoloye professore cantore et canonicis ecclesie prenominate, Paulo Lyndener scriptore moncium necnon validis Nickel Kroh, Hanns de Polbritcz et pluribus aliis fide dignis. Actum et datum in opido Fribergensi feria quarta post epiphanias domini anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quinto. In cujus rei testimonium has nostras litteras sigillo nostro episcopali jussimus communiri.

524.

Nikelin Peterman bekennt vor dem Rathe, daß er vor 45 Jahren dem Oberkloster ein Haus abgekauft und daß sowohl er als die späteren Besitzer Peter Richter und Refental davon dem Kloster jährlich 16 Groschen Zins gereicht hätten. **1472.**

Hdschr.: Rathsarchiv Freiberg. Stadtbuch III fol. 2b.

Anno domini M° CCCC° LXXII° ist er Nikeline Peterman vor uns in unnsern sitczenden rath komen und had do bey siner pristerschafft bekand und ußgesaget, das er das huß gein deme obircloster obir, das itczt Refental had, deme closter vorgenand vor funff und virczig jaren vor ein genand gelt abegekoufft habe, und das closter habe doruffe behalden zu eynem geczewgniß, das sulch hawß ir gewest sey, XVI groschin jerlichs zcinßs, den er danne deme closter, dy weile er sulch huß gehabt had, jerlichen gegeben had. Dornoch habe er das verkaufft Peter Richter, der sulchen zcinßs deme closter ouch so gereicht had, der das forder Refental mit sulchir gerechtikeit verkaufft had. So had das huß vor Nicklinen cyner genand Deinhart zu sinem leibe gehabt und ist von ym widder an das closter gestorben.

523. *a) Vergl. No. 522. b) Diese Bestimmung ist nicht von Bonifacius, sondern von Gregor IX.*